



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Decima octava Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Dicima octaua Decembris.

*De sancto VVunibaldo.*

**V** Ide septimo Iulij: vbi fratri sancto Bilibaldo adiungitur.

Decima nona Decembris.

*De sancto Megengoso, Geldriae praefecto.*

*Ex Geldriae Chronicis, historia sanctae Adelheidis per Bertradam, & responso D. Petri Radj.*

**I**N Vilika, depositio sancti MEGENGOSI confessoris. De quo in Chronicis Geldriae scribit Iaspar de *Hartvelt*, Canonicus Grauiensis; Legitur quod tempore Othonis tertij fuerit Megengosus Comes Geldriae, qui instituit monasterium Vilicense, ex opposito Bonnæ, & multis possessionibus hæreditauit, ibique sepultus est, anno millesimo primo, & canonizatus. Item Henricus Aquilius. Vichardus secundus, quartus, ait, præfectus Geldriae, coniugem habuit filiam Comitis Zurphaniensis, ex qua genuit filium Mengosum, qui patre mortuo publicis suffragijs in præfectura successit. Pulcherrima huius præfecti stratagemata lector in chronicis Geldriae consideret: vbi singula prolixè commonstrantur. Fuisse autem illum insigni pietate præditum accepimus. Condidit monasterium *Vilich*, non procul à Bonna oppido, in ducatu Bergensi. Vbi & sepultus est anno Imperij vigesimo octauo.

Sed vt ad antiquiora & digniora veniam, encomia eius non tacuit Bertrada virgo, in historia sanctae Adelheidis, primæ abbatissæ Vilecensis.